



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Avstrebertha Virg. 10. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. AVSTREBERTA VIRG. 10. Februario.

VNdas puella AVSTREBERTA cùm intuenteretur, sacro flammeo caput suum vidi involvi. Placuit ea forma superbæ; laudavit spectulum; imò ab eo tempore nihil, quām Parthenonem cogitavit. Quare nuptias cum aliter non posset, fugit elusit, fugæ comitem parvulyn germanum trahens. Ventum erat iterum ad aquas, sed quæ ripas egressæ mare fecerant. At illa aquis sancti propositi olim auctoribus non diffidens, non aliter has quām pratum casto pede calcavit: ita non repugnantibus jam parentibus Agno desponsa promissum multò antè flammœum accepit. Neque prole etsi virgo caruit. Paulò pòst in cœnobio Pauliacensi matrem virgines salutarunt. Ex his fuit, cui sub noctem vox è cœlo accidit, moneret Antifitiam, omnes, ut è lectulo se proriperent, juberet. Dictum, factum. In templum ubi convenere, cubiculum corruis, & pro dormiente virginitate vigilare cœlum ostendit. Ampliorem etiam hoc curram pro moriturâ AVSTREBERTA habuit. Iam enim animam cùm ageret, aliquæ in auxilium Cœlites excirent, vidi ipsa omnes eo ordine, quo compellabantur, obvios sibi venire. Quid agimus homunciones? dubitamus pronos in vota nostra Superos esse, quando per nomina citati adsunt? Ex Sur. & Lippelo.

Hæc est Christi magna, larga, sola misericordia, quæ Iudicium omne in diem servavit unum, & homini totum tempus ad pœnitentia deputavit inducias: ut quod de virtutis Infancia suscepit, rapit Adolescentia, invadat Juventus, corrigit vel Senectus. S. Pet. Chrys. ier. 42.

C. VICTO.